

rpantur non
quae themata
orum cardin-

wu
wu
lsanwu
tsanwu
wunwu
nisanwu
talanwu
gatsanwu
kitunwu
wunwu

wu
wunwu
wuwu
wunwu
wunwu
wunwu
itwunwu
wunwu
wunwu

ti, l ut in
la vero la
nde idem
nuntiat
onuntiare
wunwu la

viunt, ut
indunt a

notione temporis. Quoties vero notio temporis significanda est, usurpari debent vel verba numeralia, vel eorum participia. Diximus nomina numeralia in schemate exhibita praecipue in numeratione usurpari, quia etiam extra numerationem interdum usurpari queunt. Sic si e. g. indices duos homines et quaeras quinam ex illis sit v. g. Petrus, dices: na ukwi, la na ukwi, kalla kisinlin Piel? *hic unus iterum hic unus (id est hic alius), quinam est ille qui est Petrus?*

Si componas themata verborum numeralium cum particula *miyit*, quae significat *dies*, inde prodibunt verba numeralia dierum: e. g. sl-uku-n-miyit-ni, *est nunc unus dies*, sl-ai-miyit-ni, *sunt nunc duo dies*; silkalsanmiyitni, *sunt nunc tres dies*; nukunmiyitni, *fuit unus dies*; naimiyitni, *fuere duo dies*, kalsanmiyitni, *fuere tres dies*; tsgalukunmiyitni, *erit unus dies*; tsaimiyitni, *erunt duo dies*; tsgalkalsanmiyitni, *erunt tres dies*; etc. Vides in compositione elementorum quibus coalescunt haec verba fieri modificationes phonicas: e. g. *as* mutatur in *ai*, et praeterea inseruntur literae phonicae *l* et *n*; quid simile fere accidit in qualibet compositione.

Si in verbis modo relatis loco particulae *miyit* inseras particulam *makwut*, loco verborum numeralium dierum, habebis verba numeralia annorum: e. g. slukunmakwutni, *est unus annus*; naimakwutni, *fuere duo anni*; tsgalkalsanmakwutni, *erunt tres anni*.

Verba ista numeralia dierum et annorum non possunt praedicari de persona; attamen sunt alia verba numeralia dierum et annorum quae de persona praedicari debent. Themata horum verborum sunt particulae *mitit* pro diebus, loco *miyit*, et *maktit* pro annis loco *makwut*. Sic si vis dicere: trium dierum puer eram, quando baptizatus fui, dices: kalin ukalsanmititni kuaka, kuitkinil, *accurate eram trium dierum quod natus eram, qui factus fui*. Similiter: kalsanwunmaktitni kaka, k'kawangam J. Cli tagas k'katsi nas aklsmakniks, *erat triginta annorum natus qui immotus manserat J. Christus, demum discurret inter homines*. Si noscere cupis aetatem alicuius, ita illum interrogabis: kin-sl-aksa-n-maktit?, *quot annorum es tu?*, et ipse respondebit e. g. usilkalsanwunmaktitni, *sunt triginta annorum*. In primis duobus ex allatis exemplis possunt usurpari alia verba quorum thema est *miyit* vel *makwut*, verum usurpari